



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Bvrdegalen. Archiepisc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

30 Epistolarum Innocentij III.

uctoritate apostolica, remoto appellatio-
nis & contradictionis obstaculo, faculta-
tem. Datum Laterani VIII. Kalend.
Aprilis.

BVRDEGALEN. ARCHIEPISC.

Epif. 55.

De sententiā
lata pro Cano-
nicis Lemovi-
cen. per Domini-
num Celestium,
& de ipsius re-
vocatione ve-
ritate cognita
per eundem, &
quod Dominus
Innocen. prae-
cipit executioni
mandari quod
factum est per
Dominum Ce-
lestium.

CVM felicis recordationis Celesti-
nus Papa prædecessor noster bona-
memoria R. Petragoricen. Episcopo
dederit in mandatis, ut si S. quandam
Episcopū & Canonicī Lemovicen. dile-
ctūm filium nostrum Guid. Marnoli Pres-
byterum infra viginti dies post suscep-
tionem literarum suarum in Canonicū
& fratrem nollent recipere, ipse sublatō
appellationis obstaculo id exequi non
tardaret; eisdem Canonicis præceptum
illius & commonitionem ipsius Episcopi
contemnentibus, termino viginti dierum
elapsō, cūm dictus Episcopus ad Ecclesiam
Lemovicen. mandatum præfati
prædecessoris nostri executurus accede-
ret, quidam Canonicī Lemovicen. cum
quibusdam Clericis, & aliorum canonici-
corum servientibus, & laicorum multi-
tudine juxta portas civitatis suæ, in illu-
m & ejus socios irruentes, in quodam
cœmitorio præfatum G. Presbyterum
& quosdam alios in facie ipsius Episcopi
nimis turpiter & inhonestè tractarunt,
& duris verberibus affecerunt, & abla-
tis eis equitaturis, donec longè à civi-
tate expulerant, ingenti clamore fuerunt
ipsos cum lapidibus infecuti, & P. subd.
usque ad effusionem sanguinis in capite
percusserunt. Episcopus vero reversus
ad propria, prædictum G. Presbyterum
de Lemovicen. canonica juxta manda-
tum apostolicum solempter investitit, &
idem prædecessor noster investituram
ipsam ratam & firmam habens, auctor-
itate curavit apostolica confirmare. Ve-
rūm cūm idem Presbyter cum literis ab
eodem prædecessore nostro super inve-
stitura concessis ad propria remeaslet,
Aldovin. Bruschare ipsius Ecclesię Cano-
nicus contra ipsum à Capitulo destina-
tus, adversus eum multa proponens, à
præfato antecessore nostro Ecclesiam
ipsam per indulgentiam sedis apostoli-
cae ab ipsius impenitione obtinuit prorsus
absolvi. Ceterū quoniam idem
prædecessor noster postmodum multo-
rum relatione cognovit quod ea quæ
contra præfatum Presbyterum fuerant
allegata, à veritate penitus disreparant,
venerabili fratri nostro Bituricen. Ar-

chiepiscopo sub omni distictione præ-
cepit ut non obstante indulgentia illa,
vel alia, si quam in ipsius Presbyteri præ-
judicium imperatam esse constaret, uni-
versos Canonicos Lemovicen. Ecclesiae
publicè singulis festis diebus nuncia-
ret, omni dilatione, excusatione, con-
tradictione, occasione, & appellatione
postpositis, tamdiu excommunicatio-
nis, & eorum Ecclesiam interdicti sen-
tentia subjaceret, donec præfatum Pres-
byterum ad canonicam Ecclesiam suæ, de
qua est auctoritate apostolica per supra-
dictum Episcopum investitus, admitte-
rent, & permetterent illum eam in pace
tenere: alioquin illos tam excommuni-
catos, quām ab officiis beneficisque sus-
pensos, penam de contemptu debitam
recepturos, ad sedem apostolicam nul-
lius contradictione vel appellatione ob-
stante transmittere non tardaret. Illos
verò, qui in sacerdotium Presbyterum
& prædicti Episcopi socios manus teme-
rarias injecerunt, tamdiu anathemati
subjacere, & omniū officiorum ac bene-
ficiorum, sublatō appellationis diffugio,
auctoritate suffultus apostolica, extor-
res decerneret, donec eidem Episcopo,
& eorum sociis, ab illis foret de illatis
injuriis plenarie satisfactum, & cum li-
teris ipsius Archiepiscopi veritatem
rei plenariè continentibus venirent ad
sedem apostolicam absolvendi. Prædi-
ctus autem Archiepiscopus eos officio
beneficiorumque suspedit, & Ecclesiam
Lemovicen. supposuit interdicto. quam
sententiam ipsi Canonicī servare penitus
contempserunt. Nos igitur quod super
hoc factum est, ratum habentes & fir-
mum, fraternitati tuæ per apostolica
scripta mandamus, & distictè præcipi-
mus, quatenus juxta præscriptam for-
mam ultimam transmissam Archiepisco-
po memorato, sublatō cuiuslibet con-
tradictionis & appellationis obstaculo,
in prædicto negocio procedere non
omittas; procuratori præfati Presbyteri
ejus nomine sine cuiuslibet interpo-
sitione personæ stallum in choro, & in
Capitulo locum assignans. Nullis literis
obstantibus dicto G. præsente, & res-
pondere parato, in harum præjudicium à
fede apostolica impetratis. Datum La-
terani XVII. Kalend. Aprilis.